



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. LXXIII. Munera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

CAP. LXXIII.

Munera.

Axioma I.

Munera dantem & accipientem faciunt deviare à justitia, cap. pauper. cap. qui recte 11. quæst. 3. muneribus enim ubi redemptio speratur, culpa non timetur, d. c. pauper. liquidem obsecant oculos sapientum, Exod. 23. Deut. 16. 1. Reg. 8. 2. Paralip. 19. Esai. 1. Mich. 3. Eccles. 20. & vocari solent prævaricatio veritatis, c. 66. caus. 11. quæst. 3. Gvilhelm. Boeckel. de publ. judic. disquisit. 13. Unde qui muneribus Ecclesiam acquirere tentaverit, à Clero rejiciatur, cap. sanctum. 7. q. 1. c. observandum 13. quæst. 1. c. quæst. 12. quæst. 2. cum in electione munera intervenire non debeant, cap. illud 8. quæst. 2. In accipiendis ergo vel dandis muneribus tria maxime attendi debent: (1.) personæ dantis & accipientis qualitas. (2.) quantitas muneris. (3.) tempus donationis, c. cisi 18. extr. de simon. ob munera tamen parva animus in persona magna mutatus non creditur, text. in c. 18. extr. de simon. quamvis tutius si beatus dici velit, ut ab omni munere manus excutiat, cap. cisi quæstiones 18. de simon. cap. sunt nonnulli 104. 1. quæst. 1. Symphor. in Comment. de arrest. Amor. art. 27. pag. 724. II.

Munus gratis oblatum recipi potest, c. dilectus 31. in fin. extr. de simon. hinc ipsi principes strenas accipiunt, iis tamen modum ponunt, ne offerentium facultates exhauriantur. l. un. C. de oblat. Votor. Perez. ibid. n. 3. seqq. Tutor etiam solennia munera mittere potest. l. 12. §. 3. de admin. tut. Perez. d. l. n. 2.

CAP. LXXIV.

Munificentia, Liberalitas.

Munificentia virtus utpote eximia decet viros Principes, quippe per quam ad Dei similitudinem quadantenus accedere illi licet, atque magnum ei splendorem circumponit, arg. l. unic. C. de thesaur. l. penult. C. de donat. int. vir. & uxor. Pruckman. ad §. soluta potestas. cap. 4. num. 2. effect. 7. num. 26. Iapia. de Constit. Princip. c. 4. num. 1.

CAP. LXXV.

De Munitione, Muris.

Axioma I.

Ad instructionem murorum & pontium omnes tenentur quomodocunque privilegiati, etiam suburbani & in vicis habitantes, quin & Ecclesiastici, surgat necessitas. Perez. C. de quib. muner. vel prestat. n. 12. prius tamen expendenda quæ in communi arcâ sunt. Perez. ibid. num. 13.

II.

Murum communem pro diviso usque ad

partem dimidiam cavare licet si sit latissimus, ut inde damnum non metuatur, secus si sit tenuis, Resold. thes. pract. verb. gemeine Wand.

III.

Edificium muro communi superstructum sit commune, & soluto pretio pro muri parte licet vicino super alieno pariete edificare. Surd. decif. 168.

CAP. LXXVI.

Mutatio v. supra Cor-
rectio.

Axioma I.

Mutatio etiam in melius non præsumitur, l. quamvis 8. ff. de Usur. Licet enim mutari subitò non debeant quæ cum deliberatione facta sunt, c. 1. in fin. extr. Ne sed. vacant. aliq. innov. suadente tamen subjectorum utilitate mutari possunt in melius, ordinatâ consultè & rationabiliter, cap. ult. in pr. de sent. excomm. ita mutantur sæpe dicta Dei, licet Deus sit incommutabilis, cum ex misericordia temperat sententiam, cap. incommutabilis. cap. non semper 12. 22. q. 4. Mutare enim Deus novit, quando de malo in melius homines mutantur, cap. magne 7. extr. de vot. & redempt. ita quandoque pro necessitate temporum mutantur illa, quæ non sunt contra Evangelia, cap. privilegia. 2. cap. amputato 11. 25. quæst. 2. ita quandoque Romana Ecclesia statuta sua mutat ob temporis exigentiam, cap. posteaquam. 21. §. hic ita 25. q. 2. ita mutantur Reges propter negligentiam regiminis. cap. alius 3. 15. quæst. 6. ita mutantur penitus privilegia, quia pro necessitate corrigendorum vitiorum dantur, cap. posteaquam. §. hic ita 25. quæst. 2. mutantur & in melius incautè promissa, cap. in malis. 5. & seq. 22. quæst. 4. imò & consilia & proposita, cap. certè. 12. quæst. 1. cap. beatus 5. 22. quæst. 2. Votum etiam iusta de causa mutari posse, text. est in c. magne 7. extr. de vot. & vot. redempt. quia votum in melius mutans illud frangere non dicitur, cap. scriptura 4. extr. eod. mutationis igitur causa & voventis qualitas in mutatione voti semper consideranda, cap. 1. d. c. magne. extr. eod. vid. omnino Arnif. 2. relect. polit. cap. 2. sect. 4. n. 1. & seqq. p. 336.

IX.

Ex solennibus nihil facile est immutandum, l. cisi nihil 183. ff. de R. J. vid. infr. lib. 17. cap. solennitas.

III.

Ubiunque mutatio juris nulla supervenit, ibi à jure communi recedendum non est, Just. Mejer. in disp. de donat. simplici tb. 96. quod enim non mutatur, quare stare prohibetur? l. 27. C. de rest. l. 32. §. 2. C. de appellat. cap. de constit. in 6. Bocer.